











QUÆSTIONES DECEM

Deo volente, & approbante Amplissimà Facultate Philosophicà,

SUB PRÆSIDIO

ERASMI SCULTETI,

SS. Theol Licent. & Professoris Eloquentiæ ordinarii, ventilabit

Ad diem 22. April. boris locog, consvetis

SAMUEL REICHIUS

Freistadiensis Silesius.

I

Nnatura sit principium activum, an passivum, an activum & passivum simul? Aff. postremum.

II.

An forma substantialis immediate uniatur materia, an verò mediante & præeunte forma accidentali? Assirm. post.

III.

An compositum seu corpus naturale sit tertia quædam entitas præter materiam & formam? Ass.

IV.

An natura agat propter finem? Aff.

V.

An rerum naturalium detur ea contingentia, ut à quibus causis dependent, earum respectu etiam possint non evenire? Disting.

VI.

An quantum continuum in infinitum sit divisibile? Neg.

VII.

An motus realiter differat à termino ad quem? Aff.

VIII.

Sitne motus, quâ actio est, in mobili vel in movente? Est in mobili.

1 X.

An in omni motu agentis & patientis contactus sit necessarius?
Affirm.

X.

Anin hac rerum universitate detur vacuum? Negatur.

Exprimebat Johannes Ernestus, 1654.















